

1282, Agosto 8.

*Salario del Bailo d'Armenia, 400 bisanzi.*

Die VIII<sup>o</sup> augus. capta fuit pars; quod mittatur precipiendo baiulo et consiliariis Tyri, quod de redditibus et intratis Tyri debeant dare baiulo et consiliariis Accon bizantios CCCC; quos ipse baiulus et Consiliarij Accon solverunt baiulo Armenie pro ejus salario; quos CCCC biz. si dictus baiulus et consiliarii Tyri non poterunt dare dicto baiulo et consiliariis Accon, fiat commissio eisdem baiulo et Consiliariis Accon de accipiendis dictis Biz. CCCC, qui sunt ad usuram.

[Luna, f. 20].

1283, Aprile 10.

*Tempo di navigazione dei Mercanti per l'Armenia.*

..... Terra aperiatur cum conditionibus infrascriptis, scilicet, quod homines Venetiarum possint ire ad mercatum in Romaniam, excepto ad terras Palleologi et Cipri, quandocunque eis placuerit a challendis maij usque per totum mensem ipsum maii, cum hac conditione, quod non possint inde dividere pro ire ultra Mare, et in Alexandriam, et in Ciprum, et in Armeniam; nisi a medio mensis Septembris in antea, et si iverint, sint ad illam conditionem, ad quam erunt illi, qui ibunt cum Caravana Augusti, et non possint inde dividere pro venire Venetias; nisi a medio mensis septembris usque ad Challendas octubris....

[Luna, f. 33<sup>o</sup>. 87].